INSTRUMENTORUM

AD

CORNEAE SECTIONEM

IN

CATARRHACTAE EXTRACTIONE PERFICIENDAM,

INVENTORUM,

DESCRIPTIO HISTORICA;

AUCTORE

HENRICO LACHMANN,

BRUNSVICENSE,

MED. ET CHIR. DOCTORE.

GOTTINGAE.

1821.

VIRO PERILLUSTRI REVERENDISSIMO

CAROLO FERDIN. GRAEFE,

MEDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTORI;

BORUSSORUM REGI A CONSILIIS INTIMIS,

NEC NON

A CONSILIIS RERUM MEDICINALIUM ET SANITATIS SUPREMIS;

IN UNIVERSITATE LITERARIA BEROLINENSI

CHIRURGIAE PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO;

INSTITUTI REGII CHIRURGICI CLINICI DIRECTORI;

IN ACADEMIA REGIA MILITARI MEDICO-CHIRURGICA PROFESSORI ORDINARIO;

ORDINUM CRUCIS FERREAE, SUECICI WASANI, RUSSICI ST. ANNAE IN CLASSE SECUNDA, WLADIMIRI IN CLASSE QUARTA, PLURIUMQUE EQUITI;

LEGIONIS HONORUM DECURIONI;

SOCIETATIS REGIAE FACULTATIS MEDICAE PARIS. ET MEDICAE AEMUL. PARIS. CORRESPONDENTI ORDINARIO;

NEC NON

CAESAREAE NATURAE CURIOSORUM MOSCOV.

REGIAE SCIENTIARUM GOTTINGENSIS,

PHYSICO-MEDICAE ERLANGENSIS,

NATURAE SCRUTATORUM HALENSIS,

ALIARUMQUE SODALI;

Nec non

VIRO PERILLUSTRI EXPERIENTISSIMO

CAROLO HIMLY,

MEDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTORI;

BRITANNIARUM HANNOVERAEQUE REGI
AB AULAE CONSILIIS;

IN ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA

MEDICINAE ET CHIRURGIAE PROFESSORI
PUBLICO ORDINARIO;

NOSOCOMII ACADEMICI MEDICO - CHIRURGICI
DIRECTORI;

ORDINIS GUELPHORUM EQUITI;

SOCIETATIS REGIAE SCIENTIARUM GOTTINGENSIS,
ACADEMIAE CAESAREO-REGIAE JOSEPHINAE VINDOBONENSIS,
IMPERATORIAE MEDICO - CHIRURGICAE PETROPOLITANAE,
SOCIETATIS MEDICAE PARISINAE,
MINERALOGICAE JENENSIS,
SCIENTIARUM ET ARTIUM MOGUNTIAE,
MEDICO - CHIRURGICAE BERNENSIS,
ALIARUMQUE SODALI;

Fautoribus suis atque praeceptoribus

summa pietate colendis

hasce laborum primitias

gratissima mente

d. d. d.

auctor.

Libellum hunc in publicum edens, ne singulare et alienum opus exhibuisse videar, de eius origine pauca praemittere non nolui.

Gottingae studiis medicis operam navans duce *Ill. Himly*, cuius magnorum in me meritorum nunquam immemor ero, ophthalmicis artibus inter alias praecipuam quoque attentionem praebens, completam instrumentorum ophthalmiatricorum collectionem artem scite docentibus adhuc desiderari, didiceram. Quem apparatus ophthalmiatrici defectum *Ill. Graefe*, cuius gratam beneficiorum in me collatorum memoriam colere non desinam, Berolini artis scientiaeque medicae perfectius excolendae gratia degenti, denuo ante oculos posuit; qui ipse Doctor meus aestumatissimus, cum tandem de themate dissertationis inauguralis eum consulerem, candide mihi aperuit: Jam dudum perfectum completumque instrumentorum ophthalm-

iatricorum apparatum in usum praelectionum Academicarum colligere Se non abstinuisse. Quod vero opus, cum unius eiusque occupatioris medici vires excederet, Se sperare, fore ut plurium discipulorum suorum ope sensim perficiatur. Quare ad componendam historiam specialem instrumentorum ad corneae sectionem in catarrhactae extractione perficiendam inventorum me satis pronum et paratum valde Se admonere. Quo facto qui mihi collectus iam aderat apparatus impigre a me compositus, e Bibliothecarum Berolinensis nec non Gottingensis praecipue haud parco thesauro auctus, liberalitate fautorum, prae caeteris Illustriss. *Graefe* et *Himly* munificentissime locupletatus, qua nunc apparet forma prodiit.

Quare Virorum de origine opusculi maxime meritorum auspicio praecipue commendatum me exhibuisse, ne mirentur lecturi; nec tot tantique Viri alii non minus vario respectu de me valde meriti, suorum in me beneficiorum memoriam oblivioni me tradidisse putent, cum in fronte libelli tot nomina dulcia praeteriisse videar.

In usum praelectionum praecipue academicarum colligens e consilio Doctorum meorum, auctorum verba ipsorumque idioma reddere, commodum putavi; nec latinitatis purioris sedulus, nec rebus eleganter amplificandis operam navans, nonnisi commodam atque idoneam collectionem artem medicam Docentibus iisque destitutis locupletioribus librorum apparatibus paraturus conscripsi librum. Qui quidem doctiores verba latina aut vernacula, prout libuerit, facile ex auctorum idiomate sibi creaturi, latino si reddidissem, iure suo mihi succenserent. Si forsan, quod vix auspicarer, linguarum imperitiores libellum consulere velint, in vernacula lingua reddere et novas tabularum aenearum imagines impressas addere lubenter paratus sum.

Cum non omnes quos citavi libros inspiciendi mihi fuerit copia, ubique e quo fonte hauserim, addita nota apposito verbiculo (cf.) candide commemoravi, eamque ob causam indicem omnium, ni fallor, quos citavi, librorum, addendum putavi, in quo, qui ad manum mihi

non fuerint libri, signo asterismi (*) notati apparent.

Quod attinet ad ordinem in describendis instrumentis habitum, praeceptorum quemque suum sequi ordinem scimus. Equidem in scribenda historia tempus inventionis, in indice vero componendo ab *Ill. Graefe* datum ordinem, normam mihi sumsi.

Quibus nunc forsan nimis ample praemissis verbis Doctoribus aestumatissimis gratissimam sui memoriam pie commendaturus, Illis ac simul Fautoribus omnibus atque Amicis, quorum vel libelli vel personae possit interesse, opusculum

d. d. d.

a u c t o r.

Index alphabeticus
operum hocce libello adlegatorum.

Not. Quae ipsi non mihi fuit copia inspiciendi, signo * adposito notavi.

Der Königl. Akademie der Wissenschaften in Paris Anatomische, Chymische und Botanische Abhandlungen. Aus dem Franz. übersetzt von W. B. A. von Steinwehr. 3r Theil. Breslau 1751. 6r Theil. Breslau 1755. 8.

Mémoires de l'Académie royale de Chirurgie. Tom. II. à Paris 1753. 4.

* *Olof Acrel*, Tal om Nödwändigheten och förmånen af de chirurgiska Handalagens förkortande i utöfningen, hållet för Kongl. Vetenskaps Academien, vid Präsidii nedläggande, den 15. Julii. Stockholm 1767. 8 maj.

Nova Acta physico-medica Academiae Caesareae Leopoldino-Carolinae Naturae curiosorum etc. Tom. III. Norimb. 1767. 4.

* Acta Zeelandica. Tom. I.

Just. Arnemann, System der Chirurgie. Göttingen 1798—803. gr. 8.

— — Uebersicht der berühmtesten und gebräuchlichsten Instrumente älterer und neuerer Zeiten. Göttingen 1796. 8.

* *Assalini*, Discorso sopra un nuovo stromento per l'estrazione della cateratta. Pavia 1792. 8.

J. Beer, Lehre von den Augenkrankheiten. Wien 1792. 2te Aufl. 1817. gr. 8.

— — Methode, den grauen Staar sammt der Kapsel auszuziehen. Wien 1799. gr. 8.

— — Repertorium aller bis zu Ende des Jahres 1797 erschienenen Schriften über die Augenkrankheiten. Wien 1799. gr. 8.

C. Bell, System der operativen Chirurgie; übersetzt von Dr. Kosmely, bevorwortet von Dr. C. F. Gräfe. Berlin 1815. gr. 8.

Ben. Bell, Lehrbegriff der Wundarzneikunst. Aus dem Engl. Leipzig 1787. 2te Aufl. 1804—10. gr. 8.
Fred. Bischoff, A treatise on the extraction of the cataract. Lond. 1793. 8.
Le Blanc, précis d'opérations de Chirurgie. Tom. I. Paris 1775. 8.
J. A. Brambilla, Instrumentarium Viennense. 1780. Fol.
* *G. Butter*, An improved method of opening the temporal artery, also a new proposal for extracting the Cataract. Lond. 1783. 8.
* *Chandler*, Treatise of the cataract. Lond. 1775.
* *Colombier*, Diss. nova de suffusione seu Cataracta, Oculi Anatome et mechan. locupletata. Paris 1765. Comment. de rebus in Scientia nat. et Med. gest. Vol. XV.
* *P. V. Coutouly*, Theses de Cataracta nova ratione extrahenda, quas praes. F. G. le Vacher defendit Paris. 1766.
* *P. Démours*, Mémoire sur la manière d'opérer la cataracte. Lû à l'assemblée dite prima mensis, le 1. Novembre 1784.
A. P. Démours, Traité des maladies des yeux. Paris. 1818.
Der Herren Chopart und Desault Anleitung zur Kenntniß aller chirurgischen Krankheiten und der dabei erforderlichen Operationen. Aus dem Franz. Leipz. 1783. 8.
Dictionnaire des sciences médicales. Tom. IV. Paris 1813. gr. 8.
* *Duddel*, Supplement to the treatise on the diseases of the horny coat. Lond. 1736. 8.
* *Sir James Earle*, An account of a new mode of operation for the removal of the opacity in the eye, called cataract. Lond. 1801. 8.
Ehrlich, Chirurgische, auf Reisen und vorzüglich in den Hospitälern zu London gemachte Beobachtungen, nebst Angabe verbesserter Operationsarten und Abbildung neuer Instrumente. Leipzig 1795. gr. 8.
Sicco Ens, Historia extractionis Cataractae. Worcumi Frisiorum 1803. gr. 8.
Essays and observations, physical and literary, Read before a Society in Edinburgh, and published by them. Vol. II. Edinb. 1756. 4.

* Examen quarumdam optimarum cataractam extrahendi methodorum, imprimis Wenzelianae. Praes. J. C. Meyer et Resp. H. A. Rosenthal. Gryphiswaldi 1772.
De la Faye, Instrumentarium Chirurgicum. Ed. de Siebold. Vireeb. 1800. Fol.
Feller, De methodis suffusionem oculorum curandi a Casaamata et Simone cultis. Lips. 1782. 8.
J. H. Freytag, De caracta dissertatio medica, quam Praes. J. Boeclero tuebatur 7. Febr. 1721.
* *Gassendi* opera. Lugd. 1660. Fol.
* *Gleize*, Nouvelles observations sur les maladies de l'oeil et leur traitement. Paris 1786. 8.
L. D. Gosky, Diss. inaug. medico-chir. de Cataracta, quampraes. Albino - - - examini submisit Francof. ad Viadr. 1695.
* *Guérin*, Traité sur les maladies des yeux. Lyon 1769. 8.
* *ten Haaf*, Korte Verhandeling door voorbeelden gesterkt, nopens de nieuwe wyze om de Cataracta, met de daar door veroorzaackte blindheit te geneezen, door middel van het krystallyne vocht uit het Oog te neemen. Rotterdam 1761. 8.
Halleri Disputationes chirurgicae selectae. Tom. II. 1775. 4.
L. Heisteri Institutiones chirurgicae. Amstel. 1739. 4.
J. C. Hellmann, Der graue Staar und dessen Herausnehmung, nebst einigen Beobachtungen. Magd. 1774. 8.
Henkel, Abhandlung von chirurgischen Operationen. Berlin 1770—76. 8.
Heuermann, Abhandlung der vornemsten chirurg. Operationen am menschlichen Cörper. Koppenh. 1754—57. 8.
Himly und *Schmidt*, ophthalmologische Bibliothek.
* *J. Hovius*, Tractatus de circulari humorum motu in oculis. Ed. nova. Lugd. Bat. 1716. (Ed. prima 1702.)
J. Janin, Mémoires et observations, Anatomiques, Physiologiques et Physiques, sur l'oeil et sur les maladies qui attaquent cet Organe etc. A Lyon et à Paris 1772. gr. 8.
* *Jesus* (*Isa ebn Ali*) de oculis. Venet. 1506. Fol.
* Journal de Médecine du mois de Juillet 1786.
* The London Medical Journal. 1789.

* *Jung*, Methode, den grauen Staar auszuziehen und zu heilen. Marburg 1791.
Langenbeck, Bibliothek für die Chirurgie.
* *Lassus*, de la Médecine opératoire, ou traité élémentaire des opérations de la chirurgie. Paris an 3.
* Geneeskundig Magazyn, door *A. van Stipriaan Luiscius*, *C. G. Ontyd*, *M. J. Macquelyn* en *J. Hekeren*. Den Haag 1802. 8.
* *Mariotte*. Nouvelle découverte touchant la vue. Paris 1668. 8.
Phil. Mayer, Dissertatio describens novam cataractae extrahendae methodum. Gott. 1804. 4.
* *J. von Muralt*, Schriften von der Wund-Artzney. Basel. 1711.
* *Chr. L. Mursinna*, Medizinisch-chirurgische Beobachtungen. Berlin 1782.
— — Journal für die Chirurgie, Arzneikunde und Geburtshülfe. Erster Band. Berlin 1801. 8.
* *Nath. Jos. Pallucci*, Histoire de l'opération de la cataracte faite à six Soldats invalides à Paris. 1750. 12.
* — — Méthode d'abbattre la cataracte. Paris 1752. 12.
— — Descriptio novi instrumenti pro cura cataractae nuper inventi ac exhibiti. Vien. 1763.
Pellier de Quengsy, Précis ou Cours d'opérations sur la chirurgie des yeux. A Paris et à Montpellier 1789—90. gr. 8.
Perret, l'Art du coutelier expert en instruments de chirurgie. Paris 1772. Fol.
Aug. Gottl. Richter, Programma Varias Cataractam extrahendi methodos succincte exponens. Gotting. 1766. 4.
— — Observationum chirurgicarum fasc. prim. contin. de cataractae extractione observationes. Gotting. 1770. 8.
— — Chirurgische Bibliothek.
— — Abhandlung von der Ausziehung des grauen Staars. Göttingen 1773. 8.
Vers. Angl. A treatise on the extraction of the Cataract, by A. G. Richter, translated from the German with a plate and notes by the Translator. Lond. 1791.

— — Anfangsgründe der Wundarzneikunst. Dritter Theil. Göttingen 1795.

* *Sabatier*, Theses de variis cataractam extrahendi modis, quas defendit P. D. Martin. Paris 1759.

— — Lehrbuch für praktische Wundärzte über die chirurg. Operationen. Aus dem Franz. mit Zusätzen von Borges. Berlin 1797 — 99. 8.

Ed. Sandifort, Natuur-en Geneeskundige Bibliotheek. Bevattende den zaakelyken inhoud van alle nieuwe Werken, welke in de Geneeskunde en Natuurlyke Historia, buiten ons Vaterland uitkomen. Ins Gravenhage. 4.

— — Thesaurus dissertationum programmatumque. Lugd. Bat. 1778. 4.

Joaq. José de Santa Anna, Elementos de Cirurgia ocular. Lisboa 1793. 8.

Gio. Geremé Santerelli, Ricerche per facilitare il Cateterismo e la Estrazione della Cateratta. Vienna 1795. gr. 8.

Savigny, Collections of Engravings representing the most modern and improved Instruments. Lond. 1798. Fol.

* *I. G. Schäfer*, Geschichte des grauen Staars und der neuen Operation u. s. w. Regensburg 1765.

* *R. A. Schiferly*, Theoretisch-praktische Abhandlungen über den grauen Staar. Jena und Leipzig 1797.

Schreger, Grundrifs der chirurgischen Operationen. Fürth 1806. 8.

* *Fr. Siegerist*, Beschreibung und Erklärung des Staarnadelmessers und Gegenhalters. Wien u. Grätz 1782. 8.

G. F. Sigwart, Diss. chirurgica de extractione cataractae ultra perficienda. Tubing. 1752.

K. Sprengel, Geschichte der Chirurgie. Erster Band. Halle 1805. 8.

* *Jac. van der Steege*, Diss. inaug. de suffusionibus oculorum methodo Wenzelii et Contii extrahendis. Gröning. 1772.

* *J. R. Tenon*, De Cataracta Theses ex Anatomia et Chirurgia, quas praes. *J. B. Androville* defendit. Paris 1757.

J. B. Thurant, Quaestio medico-chirurgica, quam praes. *M. Anton de Jussieu* tuebatur sub hac ver-

borum serie, an in cataracta potior lentis crystallinae extractio per incisionem in cornea, quam depressio per acum. Paris 1752.

* Transactions of the Royal Irish Academy. Dubl. 1788. Lond. 1793.

Philosophical Transactions. Vol. 48.

* Verhandelingen uitgegeven door het Genoodschap der Wetenschappen te Vlissingen.

J. *Ware*, Observations on the cataract and gutta serena; including a transaction of Wenzel's treatise on the cataract etc. The third Edition. Lond. 1812. 8.

J. *Warner*, Cases in Surgery, with remarks. Ed. 2da. Lond. 1754. 8.

Wathen, Dissertation on the theory and cure of Cataract, in which the practice of extraction is supported, and that operation in its present improved state is particularly described. Lond. 1785. 8.

de Wenzel, Traité de la Cataracte, avec des observations, qui prouvent la nécessité d'inciser la cornée transparente et la capsule du Crystallin d'une manière diverse selon les différentes espèces de cataractes. Paris 1786. 8.

Vers. Germ. von Wenzel, Abhandlung vom grauen Staar.

Vers. Angl. vid. in Ware, Observations etc.

— — Manuel de l'oculiste, ou dictionnaire ophthalmologique. Paris 1808. gr. 8.

de Witt, Vergleichung der verschiedenen Methoden, den grauen Staar auszuziehen. 2te Aufl. Gießen 1777.

van Wy. Nieuwe manier van Cataract of Staarsnyding, beneffens Heel-en Vroedkundige Waarneemingen. Arnhem. 1792. 8.

Caput I.

Quinam iam ante Davieli tempus catarrhactam ex oculo extrahere conati sint, disquisitio.

---

§. 1.

Jure *Davielum* catarrhactae extrahendae methodi dicimus inventorem, sed longe ante eum multos catarrhactam per corneam extraxisse constat.

§. 2.

Jam enim sub finem primi saeculi, teste Rhaze contin. lib. II. c. 5. f. 41. d. ed. Venet. 1529. fol. (¹), *Antyllus* corneam aperiebat, tum acu subtili catarrhactam per pupillam trahebat; qua etiam methodo utebatur *Lathyrion* quidam. Vid. Rhazes l. c. f. 40. b. (²).

Haly, Abbae filius, Persa, Practic. lib. IX. c. 28. f. 163. c. ed. Venet. 1492. fol. (³), de extractione eadem diligentia disseruit, ac de depressione.

Avicenna, can. lib. III. fen. 3. tract. 4. cap. 20. p. 353. ed. arab. Rom. [4]), „et homines", inquit, „vias habent diversas in exercendo curam aquae, quae fit cum instrumento, ita ut quidam sint, qui disrumpant inferiorem partem corneae et extrahant aquam per eam, et hoc est in quo est timor, quoniam cum aqua, quando est grossa, egreditur humor albugineus." *Aqua* autem illi est *catarrhacta*; grossam dicit eam duriorem.

Abu'l Kasem, chirurg. lib. II. sect. 23. pag. 168. [5]), *Irakensem* quendam sibi dixisse narrat, esse ibi quosdam qui acuum excavatarum ope catarrhactam *exsugerent*, quod vero *sibi* videretur incredibile. Attamen saeculo iam decimo quarto hanc sibi arrogavit inventionem *Galeatius de Sancta Sophia*, Rhazis commentator. [6])

Avenzoar etiam nullo modo perfici posse credit extractionem, et

Isa ebn Ali, ophthalmiater Arabicus, (vid. Jesus de oculis f. 17. b. ed. Venet. 1506. fol.) extractionem accurate describit ut fama acceptam eam noverit, sed methodum hancce faciliorem dicit descriptu, quam perfectu. ([7])

1) cf. Kurt Sprengel, Geschichte der Chirurgie. Th. I. p. 47. sqq.

2) cf. Kurt Sprengel, l. c.

3) cf. eundem, l. c.

4) Vid. J. B. Thurant, quaestio medico-chirurgica.... an in cataracta potior lentis crystallinae extractio per incisionem in cornea, quam depressio per acum.

Paris. 1752. pag. 3. Halleri Disputt. chir. select. tom II. Disp. XXXVIII. pag. 168. cf. et K. Sprengel, l. c.

5) cf. K. Sprengel, l. c.

6) cf. Schreger, Grundriſs der chir. Operationen. Fürth, 1806. pag. 147.

7) cf. K. Sprengel, l. c.

§. 3.

Medio aevo *Guilielmus de Saliceto*, lib. I. c. 10. f. 507. a. [1]), primus, et post eum omnes chirurgi usque ad annum 1651 (quo *Franciscus Quarré* [2]) et Rémi Lasnier [3]) primi denuo contenderunt, eam esse lentis crystallinae opacitatem) catarrhactam esse membranam opacam dixerunt, inter uveam et lentem expansam, ex humore aqueo ortam, quasi eius crassamentum; quam *Guido Chauliac*, doctr. II. tr. 6. c. 2. f. 70. [4]) Laicos quosdam temporis sui exsugere narrat, sed hancce repudiat methodum, quia ex cameris effluerent humores.

1) cf. K. Sprengel, c. l.

2) Vid. Mariotte, nouvelle découverte touchant la vue, Paris. 1668. 8. cf. Sabatier, de la médicine opérative. 1797. Uebers. v. Borges. Berlin 1799. Th. 3. p. 1.

3) V. Gassendi, phisice, sect. III. membr. post lib. VII. p. 371. opp. ed. Lugd. 1660. fol. cf. Sabatier l. c.

4) cf. K. Sprengel, l. c.

§. 4.

Alii unci ope, e filo aurichalceo perfecti, per acus excavatae canaliculam extrahere eam conaban-

tur; id quod *Roccho Matthioli*, chirurgum Italicum, eo perduxit, ut penicillum inveniret, e filo aureo perfectum, quo per canaliculam, oculo immissam, inducto implicatam membranulam facillime extraheret. Quam sibi addicere voluisse inventionem videtur *Burrhus* [1]), qui, ut postea Lamzweerde pag. 61 sqq. tab. 14. f. 1. 2. 3. 4. [2]) denuo maxime commendavit suctionem.

Quorum vero omnium quum neque opera neque instrumenta, paucissimis locis depicta, potuerim adipisci, nulla ea delineandi mihi fuit copia.

[1]) cf. Der Königl. Academie der Wissenschaften in Paris Anatomische, Chemische und Botanische Abhandlungen. Sechster Theil, 1722 — 1726. aus dem Franz. v. W. B. A. v. Steinwehr. Breslau 1755 pag. 508. Petit Abhandlung vom Staarstechen. ao. 1725.

[2]) cf. Schreger, l. c.

§. 5.

Leopoldus Dietericus *Gosky* in *Dissertat. inaug. medico-chirurgica de cataracta, quam praes. Albino --- examini submisit Francof. ad Viadr.* 1695., recepta inter Halleri disputt. selectas, Vol. II. pag. 47 sqq. (quam huius libri index et postea scriptores sub nomine citarunt dissertationis Albini), these XIV. dicit: „St. Blancardus in Chirurgia putat posse in superiore oculi parte supra pupillam exiguum fieri vulnus, opeque duarum acuum forcipis instar fabricatarum pelliculam eximi, sicque pelliculae reascen-

sum impediri, nec credit aquei humoris effluxum esse metuendum, cum vulnus in superiore oculi parte sit oculusque immotus teneatur. lib. 2. cap. 8. §. 16. Hausta videtur haec coniectura ex observatione quam habet *Th. de Mayerne* Prax. Med. lib. 1. cap. 12. qua memoratur mulierem Anglam oculistam acu aperuisse corneam supra pupillam, humorem aqueum, qui turbidus et obscurior factus visum imminuerat, effluere sivisse; concidisse oculum, applicata remedia, imperatam quietem, prospectum inflammationi, aliquot post diebus postliminio succrevisse humorem aqueum, repletum oculi globum, puncturam occlusam et consolidatam nulla remanente cicatrice, visionis acum restitutam et perfecte curatum fuisse aegrum."—Et postea Thes. ead. „Acum," iniquit, „cannula munitam excogitarunt alii, ut retracta acu per cannulam tamquam siphonem exugerent cataractam. Vid. c. à Solingen chirurg. part. 1. cap. 26. Verum non succedere videre est apud C. Stalpart van der Wiel obs. rar. cent. post. part. 1. obs. 8. Suctione nempe educitur aqueus humor, et mere fortuitum esset, si eius effluxum sequeretur cataracta, aeque facile attraheretur uvea, atque ita totus interior oculi mechanismus destrueretur."

These XV. idem narrat Gosky: „Annus circiter est, cum circumforaneus se examinandum Domino Praesidi (Albino) sisteret, qui gloriabatur, se acum habere, qua cataractam ex oculo commode educere posset, eamque sibi a veterano quodam suo

amico Riga missam esse, qui ea feliciter fuerit usus. Sed ante paucos menses alius quidam agyrta se primum inventorem esse professus prioremque mala fide secum agere testatus fuit. Quicquid horum sit, acum ipsum primo describam, quidque de eius usu sentiam subnectam." (Vid. Tab. adn., cf. Tab. nostr. II. f. 1.; depinctam quoque invenies in „Himly und Schmidt ophthalmolog. Bibliothek" Bnd. 5. St. 2. fig. V. et descriptam ibid. pag. 167 sqq.) „*D.* (nostr. tab. II. f. 1.) integram repraesentat, quae ex partibus *A. B. C.* (nostr. f. 1.b. 1.c.) componitur. *A.* pars acus anterior est, quae ad cuspidem acutam; qualem acus habere solent, terminatur, non tamen uniformiter assurgit, sed in g. incisuram habet eius longitudinis et profunditatis ut *B.* recipiat, ambaeque simul acum efficiant rotundam: summa industria haec poliri debent, ut animadverti non possit e duabus partibus componi acum, ne si alicubi promineat, dum in oculum intruditur, haereat. *h* foramen est, in quo i obice firmatur, ut cardinem quasi efficiant. *C.* elater est, qui utramque partem tenet immobilem, ut non nisi digito pressae recedant a se et forcipem faciant, quae in manubrio *D* firmatur. Hoc modo praeparata acu perforari oculum, cumque ad cataractam pervenerit, presso digito elatere, forcipe prehendi pelliculam, simulque extrahi debere volunt. Primo intuitu plausibile est, rem ita confici posse, acus enim ipsa tam affabre poliri potest, ut cum qualibet alia certe; quicquid

tenacula prehenderis sequatur oportet, ut pellicula e foramine facto commode extrahi posse, aut si in eo haereat, firmari, ne redire possit, debere videatur. Verum utut haec largiar, nunquam tamen in praxin vocari poterit: divaricari enim forcipis cura qui poterunt, quae in tunicis oculi haerent? quae quam solidae et compactae sint experientia docet, aut si extrema vi pressa e latere crura deducere et foramen ampliare volueris vel frangentur, vel exquisitissimos excitabis dolores, qui ipsam operationem impedient et gravissima deinceps symptomata causabuntur.“ Cel. *Himly* hocce instrumentum sibi perfici curavit, et experimenti causa in cadavere eo uti conatus, acu lentem etsi capilli crassitiem non excedentem nunquam se prehensurum fuisse dicit; aperturam perfecisse tam angustam, quae tam dense cinxerit acum, ut crus eius mobile, qua in oculi membranis haerebat parte recurvaretur, neque ut debuisset, omni sua longitudine ab altera parte deduci siverit. (vid. Himly und Schmidt Bibliothek l. c.)

§. 6.

Jac. Hovius, Batavus, „Tractatus de circulari humorum motu in oculis. ed. nova. Lugd. B. 1716. (ed. prima 1702)“ pag. 20. [1]) „Coepi,“ inquit, „pertinaci studio disquirere mecum, an alia eam (catarrhactam) tollendi methodus excogitari posset, *quaesivi, inveni*: qua cataracta sive mollis ac fluida,

sive debitam habeat consistentiam, sive antiquata et tenax, omni tempore secure immune, tuto, absque ullo visus incommodo, aut imminenti periculo tolli queat. Petes, qua id ratione fiat? Eadem est via, lector benevole et sciendi cupide, qua haec, aeque ac alia inveni; hanc si et tu insistas, spes est, te plura, et maiora inventurum.“ Quibus Wathen [2]) addit: „Mr. Heister, who took the pains to make enquiries concerning that matter, says, he never could find one instance of Hovius's succefs, though he made so great a boast of it. (Heister's Surgery part 2. sect 2. page 206.)“ Schmidt [3]) Hovium ergo verisimillimo longe ante Davielum extractionem perfecisse dicit, „da er aber mit seiner Kunst, (wie seine Landsleute mit ihren Käsen) Gewerb trieb, so hat er wahrsheinlich seinem schnöden Geize die Ehre der frühern Erfindung gern geopfert.“

[1]) cf. Ad. Schmidt in Himly u. Schmidt Biblioth. B. 2. St. 2. p. 190 sqq. et Wathen, Dissertation on the theory and cure of the Cataract, in which the practice of extraction is supported etc. Lond. 1785. p. 55., qui libri Hoviani paginam esse contendit 122.

[2]) l. c. pag. 56.

[3]) Himly und Schmidt Bibl. l. c.

§. 7.

Joann. Henr. *Freytag*, Tigurinus, „De Cataracta dissertatio medica, quam Praeside Joann. Boe-

clero tuebatur 7. Febr. 1721." Halleri disputatt. chir. select. Tom. II. Disp. XXXIII. pag. 65 seqq. opinionem novam de catarrhactae sede in lente cristallina falsam esse dicit, tum §. VI. „Cataractam, inquit, membranaceam esse incurabilem (id quod contendebant opinionis patroni) respondeo, id esse a veritate alienissimum, quia talem Cataractam ex oculis acubus hamatis extractam demonstrent plures operationes a dilecto Parente meo in praesentia multorum medicorum aeque ac chirurgorum tum in nosodochio nostro, tum aliis in locis peractae." — — §. XII. Anno 1695 patrem suum in Reinari Magistri Stabuli Tigurini filio cataractam, post depressionem resurrectam, mediante acu hamato felicissimo cum successu ex oculo extraxisse. „Cui operationi interfuit Lavater M. D. Vide Joh. von Muralt, Schriften von der Wund-Artzney, pag. 729. Observ. I. de Observationibus chirurgicis J. C. Freytags. Anno 1711 Basileae impress. Experimentum hoc ad oculum demonstrat, cataractam non esse humorem crystallinum, quoniam acu, quae valde subtilis est, hamata tale corpus quale lens est crystallina, ex suo loco per tam augustum foramen acu per oculi tunicas factum extrahi non posset. - - - Sicuti ipse quoque testari possum, me eiusmodi pellicularum extractionem a parente meo factam saepius oculis meis vidisse." §. XIII. similis a patre anno 1699 peractae operationis narrationem continet. (Muralt p. 731. Obs. III.) §. XVI. e Muralti Schriften von der

Wund-Artzney p. 732. Observ. IV. hominis annuo undeviginti nati, catarrhacta congenita affecti, narrat historiam, quem ipse „Joh. Conradus Freytag, Chirurgus und Operator Tigurinus," depressione a catharrhactis liberaverat, cui vero post violentam capitis commotionem denuo resurrexerant; et quosdam post annos „de novo operationem cataractarum suscepi, eamque acubus hamatis institui, quibus faciliter Cataractas ex oculis extraxi." §. XXIV. pro casu usitato depressionem esse perficiendam docet, „e contrario si habet elasticitatem cataracta, ut modo dictis acubus in oculi fundum submersa non permaneat, sed sursum semper tendat, acus usurpatur hamata, quae admodum subtili hamo instructa est, qua mediante ipsam pelliculam cataractam formantem extrahi posse supra ostendimus variisque observationibus comprobavimus."—Eodem ergo, quo deprimebat, extrahebat loco, in *sclerotica.*

§. 8.

Hisce de instrumentis, quae nusquam inveni delineata, Laurentius *Heister* chirurgiae suae [1]) Part. secund. sectione II. cap. LV. De oculorum suffusione sive Cataracta. §. XXVII. pag. 612. „chirurgorum, ait, nonnulli, quia praecipuam suffusionis caussam a peculiari tunica quadam intus in oculo nata repetiverunt, ea praesertim instrumentorum genera adhibenda esse putarunt, quibus penitus extrahi ex oculo per vulnus acu inflictum membranacea ca-

taracta posset. - - Primum itaque instrumentorum genus canaliculi sive acus perforatae erant, quibus applicatis nonnulli exsugere ex oculo tunicam istam peregrinam nitebantur (vid. Durantis Scacchi subsid. medicinae pag. 54. et Th. Fieni lib. chirurg. p. 30.). Ad alterum genus peculiares acus ad instar tenuissimae volsellae, multo ingenio exaratae, spectant, (vid. Tab. XVII, fig. 10. [2]) huiusque figurae explicationem); ad tertium vero acus hamatae Freytagii nec non subtilissimi uncinuli, quibus per vulnus et canaliculam in oculam demissis apprehendi, extrahi vel educi tunica posset (de horum uncinulorum ineptitudine Scacchus et Fienus quoque iam egerunt). At vero frustraneum penitusque ineptum una cum instrumentis affabre ceteroquin constructis hunc ipsorum conatum fuisse, non ex opiniationis solum de membranulae, tamquam ordinariae cataractae caussae, falsitate, sed et ex certae experientiae defectu atque vel maxime ex chirurgorum praestantissimorum hac in re consensu, quod scilicet hi modi non succederent, apertissime colligitur: *nisi forte et praesertim Freytagius suam per acus hamatas methodum melius probet, acus delineet, atque quomodo oculi laceratio evitanda sit ostendat. Alias eum ingenii magis quam veri caussa haec scripsisse suspicor.*" §. XXVIII. „Caeterum hic adhuc monendum, si per istam pupillam suffusio ista, ut interdum contigit, fuerit prolapsa, haud alienum esse, inferiorem tunicae corneae partem providissime inci-

dere, atmotoque quam cautissime uncinulo vel specillo quodam idoneo suffusionem corneae velut imminentem educere. Cuius equidem curationis exempla in eo libro suppeditavimus, quem de cataracta quondam conscripsimus."

[1]) Institutiones chirurgicae. Opus triginta annorum, nunc demum, post aliquot editiones germanica lingua evulgatas, in exterorum gratiam latine publicatum. Amstelaedami. 1739. 4.

[2]) Dicere debuisset „fig. II." qua instrumentum depinxit sic dictum Albinianum, cf. Tab. nost. II. f. 1.

§. 9.

Idem Heister l. c. §. XXXIII. „denique, inquit, adhuc monendum, nos quidem supra indicasse cataractas, quae pupillam sponte transierunt, per vulnus corneae quandoque educi posse. Verum ex Anglia mihi relatum est, *Taylorum* ibidem gloriatum esse, se cataractas quoque post uveam adhuc haerentes per vulnus corneae arte factum educere posse. Num vero hoc revera praestiterit, hactenus nondum comperire potui." Taylor corneam in inferiore parte lanceola loco 1½ — 2 lineas a medio distante aperuisse dicitur [1]), tum acu in cuspide plano-convexa capsulam aperuisse et lentem vel extraxisse vel depressisse. Günz [2]) acus eius acumen nimis acutum fuisse dicit, eoque lentem discindere, non vero extrahere eum potuisse. Duddel [3]) saepe corpus vitreum cum lente eum extraxisse contendit.

[1]) cf. K. Sprengel l. c.

[2]) Halleri disputt. chir. Vol. II. p. 139.

[3]) Duddel, supplement to the treatise on the diseases of the horny coat. Lond. 1736. 8. cf. Kurt Sprengel l. c.

§. 10.

Anno iam 1707 in Academia Scientiarum Parisiensi *Mery* praelectione [1]) Academicos convincendo rixam finierat de sede catarrhactae, quam saepius in lentis ipsius obscuratione consistere (quod nomine *Glaucomatis* comprehendebant catarrhactarum genus) contendit, quam membranula quadam obscura (quod solum suffusionis genus sub *Cataractae* nomine complectebantur). Eadem praelectione [2]) narravit, praesente se Fratrem Carolum *de St. Yves*, chirurgum et pharmacopolam fratrum monasterii St. Lazari, homini, cui catarrhacta post depressionem resurrecta saepius per pupillam in anteriorem transierat cameram, fere totam transcidisse corneae partem inferiorem, et hancce per aperturam lentem extraxisse cristallinam. Mery catarrhactam, iridi nisi sit adnixa, sive deprimi posse seu per aperturam extrahi in corneae parte inferiore factam credit. Hancce extractionem sibi non minus securam videri, quam depressionem ipsam. [3])

[1]) Vid. Der Königl. Acad. d. Wissensch. Abhandlungen. Dritter Theil 1707 — 1711. Breslau 1751. pag. 78 sqq.

[2]) l. c. pag. 81.

[3]) l. c. pag. 89.

§. 11.

Anno 1708 idem Mery [1]) narravit, *Petit*, Anatomicum, simili casu eandem perfecisse operationem: acu excavata subter iride corneam transfixit transparentem, tum lanceola, in acus canaliculam immissa, inde ab acus introitu usque ad eius exitum corneam transcidit; tum instrumentulo quodam argenteo („mit einem kleinen silbernen Räumer") catarrhactam membranaceam creditam (glaucoma fuisse postea dicit, i. e. lentem ipsam obscuratam) magna cum peritia per vulnus extraxit.

[1]) l. c. pag. 282.

§. 12.

Anno forsan 1744. Daviel [1]), simili casu coactus, quo Eremitae cuidam in depressione fragmenta plura lentis diffissae in cameram oculi anteriorem ceciderant, ad exemplum Petiti corneam aperire sese determinavit ad inde extrahendas lentis particulas, „ce que je fis en portant une aiguille demi-courbe dans cette chambre; j'aggrandis la première ouverture de la cornée avec des petits ciseaux courbes," et effluxis lentis partibus cum sanguine in oculi cameram effuso, aegroto videndi redditus erat sensus. — „Le cas que le hazard venait de me présenter, me fit prendre la résolution de ne plus opérer, qu'en ouvrant la cornée - - et d' aller chercher le cristallin dans son chaton, pour le faire

passer par la prunelle dans la chambre antérieure, et le tirer ensuite de l' oeil." [2]) Plures tum usque ad annum 1747 operationes perfecit modo deprimendo, modo extrahendo. Hoc vero tempore methodum suam formavit atque excoluit et Academiae exposuit.

[1]) Sur une nouvelle méthode de guérir la cataracte par l' extraction du Cristallin. Par M. Daviel. *in* Mémoires de l' Académie Royale de Chirurgie. Tome II. à Paris 1753. pag 337 . sqq.

[2]) l. c. pag. 346.

§. 13.

Davielum ergo verum extractionis celebramus inventorem, quum ante eum, et quid revera facerent nescirent, et Daviel primus fuerit, qui huius operationis modum, iure methodum dicendum invenerit.

Caput II.

De cultris ceratotomis inde a Daviélo usque ad Richterum inventis. Ab anno 1747 ad annum 1770.

§. 1.

Daviel instrumenta sua ad catarrhactae extractionem inventa ipse hisce demonstrat verbis [1]): „1. Une aiguille pointue, tranchante, et demie courbée, ayant la forme d'une lancette, destinée pour faire la première ouverture. (vid. Tab. nostr. I. f. 1. cultelli curvaturam indicat f. 1. b.) 2. Une aiguille mousse, tranchante, et aussi demie courbée, pour aggrandir la même ouverture. (vid. tab. I. f. 2.) 3. Deux paires de ciseaux courbes, convexes etc.“ [2]) Quorum usum sic praescribit [3]): „Le chirurgien prend la première aiguille, la plonge dans la chambre anterieure“ (in medio inferioris corneae haemisphaerii [4]) „évitant cependant de blesser l'iris, et la porte jusqu' audessus de la prunelle, il la retire ensuite doucement pour prendre l'aiguille mousse, avec laquelle il aggrandira l'incision commencée en portant cette aiguille à droite et à gauche

pour ouvrir la cornée en forme de croissant suivant sa rondeur. Mais comme la cornée se trouve alors un peu lâche, le chirurgien prend les ciseaux convexes, dont il introduira la branche mousse entre cette membrane et l'iris, et achevera la section tant d'un côté que de l'autre, afin de la porter de chaque côté un peu au dessus de la prunelle." Cui autoris descriptioni Zacharias Vogel [5]) haec addit: „Quodsi igitur quis Davielianis instrumentis uti velit, sciat, haec secundum oculi conditionem seu statum praesentem flectenda esse, si optatus successus sperari debet. Itaque imprimis habenda est oculi aegrotantis ratio; scilicet utrum profundus in orbita iaceat, et an bulbus oculi planus, an magis aut minus concameratus sit, ac promineat; dein utrum a latere, an directe, mediove, magis aut minus curvatus sit, ut haec instrumenta, flexibilitatis dote praedita, ad felicem operationem quam optime formari possint. – – Id unicum in supra dictis Commentariis (i. e. C. Academiae chirurgorum Parisiensium) l. c. valde obscure, vel plane nullo verbo adtigerunt auctores."

[1]) l. c. pag. 344.

[2]) Delineata vid. haecce instrumenta l. c. Pl. XIX. f. 1 — 4. Pellier de Quengsy, Précis ou Cours d'operations sur la chirurgie des yeux. A Paris et à Montpellier 1789. 90. Tome I. Pl. IX. f. 1. 2. Heuermann Abhandlung der vornemsten Chirurgischen Operationen am menschlichen Cörper. Koppenhagen

1754 — 57. Zweyter Band. Tab. VIII. fig. VIII. IX. Perret, l' art du coutelier expert en instruments de chirurgie. Seconde Partie. Première section. Paris 1772. Pl. CXVI. Henkel Abhandlung von chirurg. Operationen. Berlin 1770 — 1776. St. 1. tab. 1. f. 2. 3. Brambilla Instrumentarium Viennense 1780. Tab. XI. f. 6. et 6. B.

³) l. c. pag. 345.

⁴) Id quod e Tab. XIX. fig. 1. l. c. atque ex aliorum descriptionibus elucet.

⁵) Vid. Nova Acta physico-medica Academiae Caesareae Leopoldino-Carolinae Naturae curiosorum exhibentia ephemerides sive observationes, historias et experimenta a celeberrimis Germaniae et exterarum regionum viris habita et communicata, singulari studio collecta. Tom. tert. Norimb. 1767. Observ. XXII. p. 65. Z. Vogel de operatione Cataractae nova per extractionem lentis crystallinae opacae instituta.

§. 2.

Aliam Davieli methodum, nusquam quantum noverim alibi descriptam, inveni in „Le Blanc, précis d'opérations de Chirurgie. Tome I. Paris 1775." qui pag. 505. sq. sic: „Mr. Daviel, sans doute rebuté des difficultés et de la longueur de son opération, de la multiplicité des instruments dont il se servoit, et peut-être des accidens qui suivoient sa première methode, a fait un Mémoire sur de nouvelles perfections, qu'il avoit ajouté à sa methode. Je n'ai pas lu ce Mémoire, je ne le crois

pas imprimé. Voyez-en l'extrait dans le Mercure, Juillet 1762. premier volume. L'auteur trouve la cause des accidens subséquens dans la section faite en bizeau. Pour l'éviter, il falloit renoncer à l'incision demicirculaire; il a essayé différens moyens d'ouvrir la cornée, et la methode à laquelle il attribue le plus grand avantage, et à laquelle il s'en tient irrévocablement, consiste à se servir d'abord d'un petit bistouri courbe [1]), qu'il tient comme une plume à écrire, et le tranchant tourné en haut; il porte sa pointe das la partie inférieure de la cornée transparente du côté du grand angle, à environ une demi-ligne de la conjonctive. Lorsque la pointe de l'instrument est dans la chambre antérieure, il le pousse jusqu'au bord de la cornée, du côtè du petit angle, à l'extrémité de la ligne qui couperait horisontalement la cornée et acheve l'incision qui décrit une ligne oblique par une coupe nette et sans bizeau; il divise ensuite la cornée supérieurément par une seconde coupe, obliquement du petit angle vers le grand, avec des ciseaux mousses dont les lames font un angle obtus avec les branches. De ces deux incisions il résulte un lambeau triangulaire de la cornée transparente, dont la base est du côté du grand angle."

[1]) Nonne forsan hicce cultellus ille foret, quem Pellier l. c. pl. IX. f. 9. delineavit hac cum nota: „c'est un petit couteau oculaire qui servait à M. Daviel

dans quelques cas particuliers"? idem credo quem Brambilla l. c. Tab. XI. fig. 2. quem vid. tab. nostr. I. fig. 3.

§. 3.

Nath. Joseph. Pallucci libelli „Methode d'abbattre la cataracte. Paris 1752. 12." [1]) pag. 157 primum se post Davielum nova ad catarrhactam exthrahendam invenisse contendit instrumenta: „Avant que Mr. Vermale eut instruit le public des cures prodigieuses faites par Mr. Daviel dans le Palatinat par l'extraction, qu'il appelle nouvelle opération, je m'y étais appliqué depuis long-tems. On peut s'en assurer entre autres par la sixième observation que j'ai donnée dans une brochure, imprimée en 1750. (Histoire de l'opération de la cataracte faite à six Soldats Invalides. Paris, 1750. 12. pag. 38.)" l. c. pag. 160. dicit: „J'ai imaginé une aiguille d'une espèce particulière. - - Je l'introduis par le point † [2]) et lui donne une direction parallele au plan de l'iris, je fais sortir la pointe par le point diamétralement opposé à celui par lequel je l'introduis. Dans le même tems que je pousse l'aiguille sans interruption, un tranchant qui se rencontre à quelque distance de la pointe et dont la largeur augmente insensiblement en rapprochant du manche, coupe la portion de la cornée, - - ce tranchant étant dirigé obliquement à l'épaisseur de la cornée et étant tourné vers la partie inférieure de l'oeil,

produit une incision, qui représente un arc." — Hocce vero in libro figuras omisit Pallucci. Quam ob rem alii eum instrumenti formam nequaquam intellexisse dixerunt, alii dubitaverunt an unquam illud ab artifice confectum esset, (utramque sententiam fovebat La Faye [3]); qua quidem de re certior factus Pallucci ipsum instrumentum ad cel. Morand, qui in conventu Academicorum ostenderet, transmisit, et tandem anno 1763 idem illud exhibuit adumbratum libro „Descriptio novi instrumenti pro cura cataractae nuper inventi ac exhibiti a Nat. Jos. Pallucci. Vienn. 1763." Cuius pag. 36. sq. „Methodorum, inquit, Petiti et Yvesii - - incommoda dum animo revolvimus, consultius duximus unico solummodo instrumento Corneae sectionem aggrediendam, cui quidem sententiae plures alii annuere periti in arte viri. - - Indubie igitur primus ipse indicavi modum, quo unico Instrumento corneae sectio peragi debet. (not. Jam anno 1750. extractionem Parisiis institui. Vid. Histoire de l'operation de la Cataracte. etc. pag. 58.) Exin, anno nempe 1752 Instrumentum pro hac ipsa operatione, et modum adhibendi descripsi. Vid. méthode d'abattre la Cataracte. pag. 160." — Hoc de instrumento Ens [4]) dicit: „Maxime dubitandum est, an ipse Exp. Pallucci re vera invenerit, cum cel. Henkel [5]) idem illud Exp. Petit tribuit, atque affirmat, se iuxta alios Chirurgiae studiosos, a Petito hancce metho-

dum accepisse." Delineatum vid. Tab. nostr. I. fig. 4. [6])

[1]) cf. Diss. chirurgica de extractione cataractae ultra perficienda; quam pre aggregatione capessenda proponebat Georg. Friedr. Sigwart. M. D. Tubing. 1752. §. XLI. vid. Halleri disp. chir. Tom. II. Disp. XLI. pag. 207. sqq.

[2]) Delineationem vero, qua punctum hocce incisionis designaret, non addidit Pallucci.

[3]) Vid. Mem. de l'Ac. de chir. Tom. II. p. 566.

[4]) Historia extractionis Cataractae quam etc. eruditorum examini submittit Sicco Ens Frisius. Worcumi Frisiorum. 1803. pag. 56.

[5]) Abhandlung der chirurg. Operationen. St. 1. p. 55.

[6]) Vid. Pallucci l. c. Tab. adn. Fig. 1. Ens l. c. Tab. II. fig. 6.

§. 4.

Pallucci l. c. pag. 44. „animadvertimus, ait, inter operationem, quo adhuc tutius, atque commodius esset, si actu immissionis acus a lamina magis distaret, imo si haec esset ab ipsa acu penitus distincta, ac intra manubrium suscepta, sive abscondita. Ob eiusmodi igitur rationes, praeter alias excogitavimus instrumentum, quod exhibet fig. 3." (tab. nostr. II. fig. 2. [1])) „quod scilicet constat e tribus partibus praecipuis: Manubrio (ibid. A. nostr. *a*. [2])), Acu (ibid. *d*. ubi iuxta latitudinem suam repraesentatur, e latere vero Fig. 4. Pallucci, nostra f. 5. [3]) conspicua est litt. *d*.) et

Lamina (Pall. fig. 7. D. D. nostr. fig. 6. *d. d.* [4])). Acus non rotunda est, sed plana, et in tota sui colli longitudine levigatissimo sulco excavata (vid. Pall. fig. 3. B. nostr. f. 2. *b.* [5])). Manubrium conficitur ex cannula argentea, cui interne innectitur altera minor cannula, ad continendum collum, sive caudam laminae, et ea parte, quae sulco Acui impresso respondet, fissuram habet profundam ex qua duo plana, sive laminae argenteae eriguntur (Pall. f. 3. et 4. e. nostr. f. 2 et 3. *e.* [6])) quas inter lamina secans, sive cultellus absconditur. Haec autem lamina secans non plus fere densitatis habet, quam ordinaria Lanceola, estque plano-convexa, eius cauda est quadrilatera, huiusque extremo, cochleae ope adiicitur discus (Pall. fig. 5 et 7. f. nostr. 2 et 6. *f.* [7])) parvus, cui inter operationem admovetur digitus, ut cultellus e vagina prodeat. (vid. Pall. l. c. pag. 45. sqq.)" [8])

[1]) Ens l. c. Tab. II. fig. 7.
[2]) Ens fig. 7. a.
[3]) Ens fig. 8. d.
[4]) Ens fig. 11. d. d.
[5]) Ens fig. 7. b.
[6]) Ens fig. 7 et 8. e.
[7]) Ens fig. 7 et. 11. f.
[8]) cf. Ens l. c. pag. 58.

§. 5.

„Loco huius instrumenti adhuc aliud excogi-

tavit Pallucci, sive potius illud adhuc mutavit ita, ut vel acus supprimeretur, et eius loco adiungeretur Specillum sulcatum (Pall. fig. 5. nostr. fig. 4. [1]),) vel hocce Specillum tubulum contineret, in quo abscondi posset (Pall. fig. 6. nostr f. 5. [2]) ubi *b.* est cuspis Acus, quae in vagina *c. c.* abscondi potest, *f.* est nodulus, qui libere movetur ex puncto *a.* ad punctum *g.*)" [3])

[1]) Ens Tab. II. fig. 9.
[2]) Ens ibid. fig. 10.)
[3]) cf. Ens l. c. pag. 59.

§. 6.

„Manu dextra prehenso instrumento, retracta vel abscondita lamina, apicem acus admovebat ad partem inferiorem corneae, eumque in cameram anteriorem blande immittebat, curabatque, ut ex opposita parte exiret. Cornea sic traïecta impedimento est, ne oculus moveatur. - - - Digito tum leviter protruditur secans lamina, eaque dimidium corneae inferius resecatur. - - - Si manus illius, qui operationem instituit, haud satis levis atque firma esset, ut ex uno ad alterum corneae latus tuto acum immittere possit, suadet, acum dicto modo supprimere, et specillum eius loco adiunctum introducere per aperturam lanceolae ope factam in exteriori corneae parte, idemque ad oppositum huius latus protrudere, ibique firmum continere,

deinde vero laminam protrudere. — Si vero specillum tubulum contineat, in quo acus absconditur, statim, ubi specillum ad oppositum corneae latus pervenerit, acus protruditur, ut ibi cornea perforetur, etc. (vid. Pall. pag. 58. sqq.)" [1])

[1]) cf. Ens l. c. pag. 60. sqq.

§. 7.

Joannes Babtista *Thurant* eodem anno quo Daviel methodum suam Academiae Chirurgorum Parisiensium communicavit, dissertatione [1]) quam suam dicit methodum descripsit [2]), sed quae de instrumentis habet, (excepto quod Davieli non utatur acu secunda) adeo Davieli sunt, ut Ens [3]) sibi videri dicat, eum huius methodum descripsisse nomen celando, inventique gloriam sibi vindicare voluisse.

[1]) l. c. Quaestio medico-chirurgica, quam praes. M. Anton. de Jussieu tuebatur Joan. Bapt. Thurant sub hac verborum serie, an in cataracta potior lentis crystallinae extractio per incisionem in cornea, quam depressio per acum. Paris. 1752. Halleri disputt. chir. Tom. II. Disp. XXXVIII. pag 165 sqq.

[2]) l. c. pag. 4. Haller. pag. 169 sq.

[3]) l. c. pag. 15.

§. 8.

Renatus Jacobus Crescentius *Garengeot*, Armo-

ricus, „eodem anno methodum suam Academiae Regiae chirurgicae communicavit [1]). Lanceolato utebatur cultello ad corneam aperiundam, forfice ad aperturam dilatandam etc. At praeter instrumentorum enumerationem ab ipso Garengeot aliquid sua de methodo traditum fuisse ignoro, neque de ea Academici Parisini pluribus verbis egerunt. Sed Sabatier [2]) narrat, Garengeotum cultelli ope partem corneae inferiorem transversim perforasse, tum forfice utrinque superiora versus linea recta sed oblique ad ambitum corneae inclinante aperturam dilatasse, ita ut resegmen figuram referret quadrilateram." [3])

[1]) Mém. de l'Acad. de Chir. Tom. II. p. 352.

[2]) l. c. Lehrbuch für praktische Wundärzte u. s. w. übers. v. Borges. Th. 3. pag. 20.

[3]) cf. et Ens. l. c. pag. 16.

§. 9.

Georg. Friedr. *Sigwart* [1]), nimia quum sibi videretur instrumentorum Davielanorum quantitas, eius methodum simpliciorem se reddidisse dicit. „Instrumenta, inquit [2]), quae ad cataractam nostra methodo extrahendam requiruntur, sunt *a.* Lanceola myrtiformis plano-convexa, ex utroque latere secans, cuspidem habens tenuissimam acutissimamque, et in ea qua cum manubrio coniungitur, parte paululum incurvata; *b.* Specillum sulcatum

(Gallis: *sonde creuse*) ex chalybe confectum extremitate gaudens polita, rotunda, non sulcata, sulco praedita paululum profundiori, et in marginibus suis bene laevi nec inaequali, quod denique manubrii loco volsellam habet non dentatam, sed planam; *c.* Forfex brachia habens recta, tenuia, iuxta manubrium incurvata, et quae ad extremitatem eorum usque eiusdem sunt crassitiei etc.“ Sed non addidit delineationem. Eorum usum sic describit [3]): „In medio inferioris hemisphaerii corneae, lineae distantia supra marginem, quo cornea scleroticae iungitur, lanceola - - apponatur placideque demittatur, moxque sursum versusque pupillae centrum uveam inter atque corneam directa altius introducatur, et tandem ista, eadem via et dexteritate reducta, iterum extrahatur. - - Tum - - specillum sulcatum per vulnusculum, lanceola arte factum, immittatur, - - - - atque ita nisu extremitatis politae contra superficiem corneae internam modice pressante oculi bulbus figatur ac immobilis reddatur. Quo facto forfice, specilli sulco dirigente, unica et recta incisione a vulneris prioris initio usque ad finem sulci immissi specilli aperiatur cornea. Eadem cura atque directione in altero corneae latere instituatur ipsius incisio.“ Trapezii ergo formam praebere debet pars corneae resecta. — „Lanceola debet esse *myrtiformis* et *mediodiocriter lata*, ob incisionis facilitatem debitamque quantitatem; in utraque ipsius superficie *plano-con-*

vexa, ob corneae et uveae aliqualem remotionem ab huius instrumenti cuspide; *acutissime secans*, ob resistentem corneae, difficile pertundendae crassitiem; *incurvata*, ob ipsius versus pupillam commodam directionem." [4]) — „Integrae saepe horae spatium ad cataractae extractionem rite instituendam debet impendi. (!!) Vidi quidem Davielem breviori tempore feliciter ad finem perduxisse hanc operationem. Sed hoc non ab artifice, verum ab aegro eiusque patientia dependet. Nostra corneae incisio brevissime et duabus tantum sectionibus, — sine multo temporis dispendio institui potest." [5])

[1]) l. c. Dissertatio chirurgica de extractione cataractae ultra perficienda. Tubing. 1752. Halleri disputt. chir. Tom. II. Disp. XLI. pag. 207 sqq.

[2]) l. c. §. 61.

[3]) l. c. §. 62.

[4]) l. c. §. 68.

[5]) l. c. §. 93.

§. 10.

La Faye, chirurgus Parisinus, anno 1753 praelectione: „Mémoire pour servir à perfectionner la nouvelle Méthode de faire l'opération de la cataracte. [1])" Academiae Regiae Parisinae Chirurgorum instrumenta proposuit a se inventa, iam anno 1752 collegis suis demonstrata. [2]) „Quand

aux instruments de Mr. Daviel", inquit, „je les trouve très ingénieusement imaginés. Leur multiplicité est le seul défaut que j'y aperçois." Quam ut diminueret instrumentorum, hanc ad methodum perficiendam necessariam multitudinem, suum invenit cultellum omnino alius formae (vid. Tab. I. fig. 5. [3])) quem sic describit [4]): „Cet instrument est une espèce de petit bistouri fixe dans son manche, sa lame est fort mince, un peu convexe sur son plat, longue de 20 à 21 lignes, et elle a deux lignes dans sa plus grande largeur. Il est tranchant d'un seul côté, excepté par la pointe où le dos l'est aussi, mais seulement d'environ deux lignes. Cette pointe et tout le tranchant ont la finesse de la pointe et du tranchant d'une lancette, pour percer plus facilement la cornée, et la lame est en tout très mince pour passer avec moins de résistance. Le tranchant est très fin pour couper la cornée nettement; la lame est légérement courbe sur son plat, pour éloigner la pointe de l'iris en traversant la chambre antérieure." [5]) „Enfin ce bistouri a un dos, parceque s'il était tranchant des deux côtés dans toute son étendue, il pourrait blesser la paupière supérieure pendant l'opération. Le manche de cet Instrument est d'yvoire, à pans, long de trois pouces neuf lignes, sur trois lignes de diamètre." — „Je porte la pointe sur la cornée du côté du petit angle à la distance d'une demie ligne ou

environ de la sclérotique, et vis-à-vis la pupille; je traverse la chambre antérieure, et je perce ensuite la cornée une seconde fois du côté opposé, à une égale distance de la sclérotique; j'incline un peu en devant le tranchant du bistouri, que je glisse doucement en long; j'acheve ainsi de faire à la partie inférieure de la cornée une incision en forme de croissant, en biseau, et suffisammen grande pour laisser sortir le cristallin.“ [6])

[1]) Vid. Mémoires de l'Acad. R. de Chigurgie. Tom. II. pag. 563. sqq.

[2]) cf. Sabatier l. c.

[3]) Vid. De La Faye Instrumentarium chirurgicum. Ed. de Siebold. Virceb. 1800. fol. Pl. IV. fig. 24. Pellier l. c. Pl. X. f. 1. Perret l. c. Pl. 116. f. 10. Wenzel, Manuel dé l'oculiste ou dictionnaire ophthalmologique. Pl. I. f. V.

[4]) l. c. pag. 565.

[5]) Curvaturam hancce vid. fig. 10. b. Perret l. c. Pl. 116. f. 12. iuxta cultellum Tenon.

[6]) l. c. pag. 568.

§. 11.

Poyet eodem anno suum Academiae proposuit instrumentum (vid. Tab. I. fig. 6. [1])) quod sic describit Pellier [2]): „Cet instrument est composé d'une lame qui a la figure d'une langue de serpent; elle est longue de deux pouces,

et large de deux lignes, et tranchante sur les côtés jusqu' à sa partie moyenne, elle est aussi percée dans son épaisseur et à peu de distance de sa pointe d'un trou, qui reçoit un fil. Cette lame est solidement fixée aprés un manche d'environ deux pouces de longueur. - - On porte l'instrument armé d'un fil horizontalement vers le petit angle de l'oeil dans la cornée transparente, à une demie ligne de la conjonctive. Parvenu du côté du grand angle, l'on degage le fil de l'instrument avec un petit crochet. Saisissant ensuite les deux bouts du fil, on forme une anse, qui, soutenant le globe de l'oeil, empêche qu'il ne suive les mouvements alternatifs que l'on est obligé de faire avec l'instrument pour la section de la partie inférieure de la cornée; - - - La section de la cornée doit être environ des deux tiers.“ Quum in primis tentaminibus factis filum hocce operationem valde impedire viderit, postea omisit Poyet. [3])

[1]) Delineatum vid. etiam in: La Faye instrumentar. etc. Pl. IV. fig. 18. Pellier l. c. Pl. XI. Nimis latum in Wenzel manuel etc. Pl. XX. XLII.

[2]) l. c. pag. 353.

[3]) cf. Sabatier l. c.

§. 12.

Sharp, chirurgus Londinensis, fere eodem

tempore cultellum a se inventum Societati Regiae Londinensi proposuit dissertatione, „read at the Royal Society in London. April 12. 1755. [1])" de qua sic *Wathen* [2]) „From the date of this paper, compared with those of the French Academy, it appears, that Mr. Sharp was prior to Mr. Garengeot, or any other French Surgeons, in his essays for improving Mr. Daviel's mode of operating." Sharp Academiae Parisiensi paulo post Poyetum cultelli sui delineationem misit [3]) (vid. Tab. I. fig. 7.) Pellier sic eum describit [4]): „Cet Instrument tend également à couper la cornée transparente d'un seul coup. Sa lame est étroite, tranchante et bien aigue; elle est d'un tranchant émoussé sur le dos, excepté à deux lignes de sa pointe qui est tranchante. Elle est aussi un tant soit peu courbe d'un côté, et légérement convexe de l'autre. Elle est montée sur un manche long de quatre pouces environ." Omnis eius lamina 22 lineas longitudine aequat, sed pars eius scindens nonnisi lin. 10; latissimo loco 2½ lineas non superat; manubrium crassitie 3½ lineas aequat. [5])

[1]) Vid. Philosophic. Transactions Vol. 48. pag. 161.

[2]) Wathen, Dissertation on the theory and cure of the Cataract, in which the practice of extraction is supported etc. Lond. 1785. pag. 62. not. †.

[3]) Vid. Mém. de l'Acad. de Chir. Tome II. Pl. XXII. fig. 2. Pellier l. c. Pl. XXV. fig. 1.

[4]) l. c. pag. 433.

[5]) Vid. De Witt Vergleichung der versch. Methoden den grauen Staar auszuziehen, 2te Aufl. Gießen 1777 pag. 88. cf. et Sabatier l. c.

§. 13.

Josephus *Warner* [1]) „totam catarrhactae extractionem unico tantum instrumento perfecit, cultello scilicet, qui maxima pro parte convenit cum eo, quo uti solent chirurgi in iridotomia. praeterquam quod triplicem latitudinem, duplicem vero crassitiem eius habeat. Acies huius cultelli recta procedit, dorsum incurvum est (vid. Tab. I. fig. 8. [2])) — Cultellum a parte anguli minoris subito in oculi bulbum immittit, prope corneae peripheriam, et iuxta pupillae centrum, dirigitque illum antrorsum intra iridem et corneam, donec apex in opposito latere egrediatur, et hoc modo hemisphaerium corneae inferius, sueto modo, persecat.“ [3])

[1]) Cases in surgery, with remarks by J. Warner F. R. S. and Surgeon to Guy's Hospital. Ed. 2da. Lond. 1754. 8. pag. 34. cf. Ens l. c. pag. 40.

[2]) Vid. l. c. Tab. adn. fig. 1. Ens tab. 1. fig. 17. Chandler, treatise of the cataract. Lond. 1775. Tab. I. f. 1.

[3]) Ens l. c. pag. 40. sqq. cf. et de Witt. l. c. pag. 91.

§. 14.

Thomas *Young*, chirurgus Edinburgensis,

anno 1756 suam agendi methodum publicavit in „Some Observations on the new Method of curing the Cataract, by extracting the Crystalline Humour March 4. 1756." [1]) „The operator - - - takes the small Knife (Plate VII. Fig. 3.Tab. nostr. I fig. 9.) with which he pierces the transparent cornea at the external angle of the eye, near to where the cornea joins with the sclerotica, taking great care not to wound the iris. Run the Knife in a horizontal direction across the anterior chamber, and bring it out about the same distance from the white of the eye, as where it entered; then cut that part of the cornea which lies below the two orifices, as much in the form of a crescent as possible, this makes the incision larger, and keeps the cicatrice more off the sight."

[1]) Vid Essay's and observations, physical and literary, Read before a Society in Edinburgh, and published by them. Volume II. Edinb. 1756. Art. XXII. pag. 324. sqq.

§. 15.

Jacobus Renatus *Tenon* [1]) cultello utebatur de quo Perret [2]): c'est celui de M. de la Faye corrigé; il n'en diffère qu'en ce qu'il est plus étroit d'une ligne, et plus court de quatre, pour se mieux proportionner à l'étendue de la chambre antérieure de l'oeil. Il en faut un pour

chaque oeil.“ (Vid. Perret l. c. Pl. 116. fig. 11. 12. Tab. nostr. I. fig. 10. 10 *b.* [3])) „La figure 12. (nostr. 10. *b.*) est destinée à représenter la courbure sur le plat de ces deux derniers Bistouris (de La Faye et de Tenon); on en voit aussi que l'épaisseur du dos ne porte pas plus de demi-ligne dans sa plus grande épaisseur près du manche, et diminuant insensiblement jusqu' à sa pointe où elle se termine par un tranchant de deux lignes de long.“

[1]) De Cataracta Theses ex Anatomia et Chirurgia, quas praes. Joann. Baptist. Androville defendit J. R. Tenon. Paris. 1757. cf. Ens l. c. pag. 44.

[2]) l. c. pag. 362.

[3]) Pellier Pl. XII. f. 2. 3.

§. 16.

Berenger (ut Galli, aut ut alii, v. c. Richter, nomen eius scribunt: Beranger), Ocularii Parisiensis methodum primus evulgavit Raph. Benevent. Sabatier, qui Parisiis anno 1759 Theses edidit: „De variis cataractam extrahendi modis, quas defendit Petr. Dionysius Martin [1])“ Scalpellum eius leviter incurvum est, pollicem longum, uno tantum latere secans; sensim sensimque latius fit; facie altera plana, altera convexa. (vid. Tab. I. fig. 11. [2])) Richter [3]) de eo sic: „Beranger, inquit, cum diametrum cor-

neae adultorum iuniorumque vix differre, et ut plurimum sex lineas aequare observaret, cumque in operatione plusquam dimidium corneae solvi opus non sit, fas esse putavit, cultello uti, cuius lamina, in loco ubi latissima est, diametrum dimidium corneae, vel quod idem est, tres lineas aequat. Atque talis quidem cultellus dum cameram anteriorem transit, ab angulo oculi externo internum versus dimidium corneae solvit, ut ita opus non sit, retrahendo illum angulum externum versus sectionem finire, et effluendi viam humori aqueo ante finitam corneae sectionem concedere." — — — Huius cultelli pars latissima novem lineas a cuspide distat. — Priori tempore Berengerii cultellus cuspide gaudebat elongata, Perret enim [4]) cuspide eum delineavit fere 2 lin. longiore ac Richter, et Pellier [5]) de eo dicit: „Il a une pointe si longue qu' elle aboutit de l'autre côté de la cornée avant que la partie la plus large ne soit adossée vis-à-vis la prunelle. — — On prétend que M. Beranger quelque tems avant sa mort, avoit fait diminuer sa pointe."

[1]) cf. Ens l. c. pag. 47.

[2]) Sabatier l. c. fig. C: Aug. Gottl. Richter Observationum chirurgicarum fascic. prim., contin. de Cataractae Extractione Observationes. Gotting. 1770. Tab. adn. fig. C. Brambilla l. c. Tab.

X. fig. 12. Pellier l. c. Pl. XV. f. 1. Ens l. c. Tab. I. f. 21. Wenzel, manuel, Pl. III. f. VII.

[3]) l. c. Observatt. chir.

[4]) l. c. Tab. 118.

[5]) pag. 369.

§. 17.

Arnemann [1]) dicit cultrum Berengerianum emendasse *Rich*, eique in latere plano spinam dedisse hebetem triangularem.

[1]) Uebersicht der berühmtesten und gebräuchlichsten chirurgischen Instrumente älterer und neuerer Zeiten. Gött. 1796. pag. 45.

§. 18.

Gerardus *ten Haaf*, chirurgus Roterodamensis atque Lithotomus Delphensis [1]) cultello utebatur tenui, octogeno manubrio instructo, (vid. Tab. I. fig. 12. [2])), „caveat autem artifex, monet [3]), ne cuspidem nimis tenuem efformet, quae ad corneam admota facile circumflecti posset.“ – Corneam perforat ½ fere lin. a sclerotica iuxta pupillae diemetrum, et altera parte eadem a sclerotica distantia evehit cultellum, donec apex ¹⁄₇ poll. fuerit egressus. „Porro cultelli aciem paululum extrorsum movet, ne iris laedatur; promovet removetque cultellum paululum, ac persecat

ita dimidiam corneae transparentis partem inferiorem, ut sectio semilunaris in ea formetur.“ [4])

[1]) Korte Verhandeling door voorbeelden gesterkt, nopens de nieuwe wyze om de Cataracta, met de daar door veroorzaakte blindheit te geneezen, door middel van het Krystallyne vocht uit het Oog te neemen. Rotterdam. 1761. 8. cf. Ens pag. 49.

[2]) l. c. Tab. adn. Fig. I. A. Ens. Tab. II. fig. 2.

[3]) l. c. pag. 41. cf. Ens pag. 50.

[4]) cf. Ens pag. 52.

§. 19.

Zacharias *Vogel* 1762. [1]) scalpellum descripsit suum „quo cornea transparens interscinditur,“ (vid. Tab. I. fig. 13. [2])) quod emendationem esse dicit domini La Faye „illius instrumenti, quod B. Scharpius invenit“, haud parum vero a La Fayani cultelli forma differt. „Huius ensis debet esse subtenuis, et uno latere paululum convexus, altero concavus, eiusque longitudo viginti linearum, et latitudo trium linearum spatium haud excedat, cuspis autem et acies lanceolae in totum similis sit, necesse est.“ — „Immittebam cuspidem huius ferramenti in tunicam corneae transparentis loco una dimidia distante a sclerotica, et una linea altiori, quam intersectio tunicae corneae transparentis est - - - postquam - absque laesione super totam iri-

dem et pupillam convexo cum latere cultelli in directa illa linea, qua intus illum immisi, scilicet loco una linea dimidia distante a sclerotica, eiusque acumen dirigebam anterius, quo corneam transparentem paulo infra, quatenus eam cultello tenebam, scilicet linea dimidia a scelerotica, solertissime indicere possem." [3]) „Nostrum scalpellum sinistro tantum oculo adcommodatum est, et sinistra manu in operatione dextri oculi operatori agendum est. Quare, quum non omnes chirurgi, licet versatissimi, sint ambidextri, nec B. Scharpii consilium ab omnibus probetur, suadeo ut instrumenta Viri clariss. Daviel quoque ad manus sint, quoniam in operatione tam dextri quam sinistri oculi, applicari, et dextra pariter ac sinistra manu, qua scilicet operator praevaleat, teneri possunt. Scharpius vero consilium dat chirurgo, qui cataractam oculi dextri per divisionem corneae transparentis extrahere cogitat, ut post tergum aegroti se vertat, eiusque caput ventri suo adponat, tunc palpebram superiorem manu extollat sinistra, et ministro inferiorem aperire iubeat. Chirurgus vero cultellum, quod alias sinistro oculo adcommodatum est, dextra manu teneat, et corneam transparentem discindat cameramque anteriorem aperiat. His absolutis in fronte aegroti se ponat etc." [4])

[1]) Vid. Nova acta physico-medica academiae Caesareae Leopoldinae-Carolinae naturae curiosorum Tom. III. Norimb. 1767. Obs. XXII. Zach Vogelii de operatione Cataractae nova, per extractionem lentis crystallinae opacae instituta. Lubeca Halam missa d. 12. Decembr. 1762. pag. 82. sqq.

[2]) l. c. Tab. III. fig. 2.

[3]) Vid. l. c. pag. 87.

[4]) Vid. l. c. pag. 83.

§. 20.

Pellier, chirurgus Barleducensis, teste de Witt [1]) anno 1764 suam catarrhactam extrahendi methodum Academiae Chirurgicae Parisiensi communicavit, quam eius filius [2]) his verbis exponit: „Mr. Pellier, père, maître en Chirurgie et Oculiste pensionné des villes de Bar-le-Duc, et de Metz etc., éléve de Mr. Daviel, après avoir opéré assez de temps par la méthode de son maître, la rectifia.“ — „Il coupe d' un seul coup la cornée en forme de croissant avec un instrument qui sert en même-temps à fixer le globe de l' oeil. (vid. Tab. I. fig. 14. [3])) Sa lame a environ deux pouces de longueur, sur deux lignes dans sa plus grande largeur. Elle éprouve une courbure, qui va presque vers sa pointe, qui est pour ainsi dire, isolée. Cette pointe est mousse à l' endroit, où elle forme une espéce d'ar-

rête ou crochet [4]); c' est par son moyen qu'il arrête l' oeil dans ses mouvements alternatifs, lorsqu'elle est entrée dans la chambre antérieure. Cette lame est fixée après un manche de trois ou quatre pouces de longueur. La courbure qu'elle essuie, fait, qu' il est besoin d' un instrument pour chaque oeil.“ [5]) „Il pénètre avec son instrument dans la chambre antérieure, et va du petit au grand angle percer la cornée. Lorqu' il l'a traversée il continue la course jusqu' à ce qu' elle soit entamée des deux tiers de circuit environ. Si l' oeil vient à remuer dans le temps qu' il est dans la premiére chambre de cet organe, ou qu' il a percé la cornée de part en part, il l' arrête avec une espèce de cran [6]), qui se trouve après avoir dépassé la lance ' de son instrument.“ [7])

[1]) In Actis Zeelandicis Tom. I. pag. 106. sqq. ubi citatur „Dissertation sur la cataracte par Pellier.“ cf. Ens pag. 63.

[2]) Libri saepius citati pag. 361. sqq.

[3]) Pellier, Pl. XIV. fig. 5.

[4]) Pellier fig. cit. I. nostr. 14. *.

[5]) l. c. pag. 363.

[6]) fig. 5. I. nostr. 14 *.

[7]) l. c. pag. 365.

§. 21.

Joannes Baptista de Wenzel teste *Delio* [1])

hoc tempore cultello utebatur La Faye; de quo vero postea, quum de omnibus tractabimus Wenzelii inventis. [2])

[1]) cf. Ens l. c. pag. 64.
[2]) vid. Cap. III. §. 25.

§. 22.

Colombier, dissertatione „nova de suffusione seu Cataracta, Oculi Anatome et mechanismo locupletata. Paris. 1765.“ [1]) suam evulgavit extrahendi methodum, sed nullas addidit figuras. „Acum, inquit, myrtiformem et lanceolae similem in corneam prope eius limbum inferiorem et medium immittimus.“ [2]) „Si mollem acquisiverit aut fluidam crystallinus naturam (hunc casum frequentissimum esse contendit Taylorus), tunc alia opus est methodo: nam in hoc casu, cum facile cedat materia mollis aut fluida, et per exiguum vulnus transire possit, consueta corneae incisionis dilatatio videtur inutilis. - - Cornea in limbo inferiore et medio lanceola iis [quibus utuntur ad abscessus simili perforanda est; dein statim eiusdem instrumenti apex cursum et versus pupillae centrum ad capsulam aperiendam dirigi debet; si hac secta, brevi exeat purulenta materia, absoluta est operatio etc. Hac methodo, quam a paucis mensibus a Tayloro feliciter ad-

hibitam vidimus, vitatur cicatricis difformitas, vix a suo situ dimovetur corpus vitreum etc.“ [3])

[1]) vid. Thesaurus dissertationum programmatumque etc. quem collegit Ed. Sandifort. L. B. 1778. 4. Vol. II. pag. 401. sqq.

[2]) Thesauri cit. pag. 430.

[3]) Thes. cit. pag. 434.

§. 23.

„Petr. Victor *Coutouly*, Nosocomii Parisini chirurgus internus, anno 1766, praes. Franc. Guilielm. Le Vacher, Chir. Schol. pract. Professore Parisino, de Cataracta nova ratione extrahenda Theses defendit [1]), in quibus instrumenta descripta sunt, huic imprimis scopo excognita, ut oculi motus quantumpote moderari possent. Instrumentum primum est hastatum, 4 vel 5 digitos transversos longum, duabus partibus constans, hasta scilicet vel lancea proprie sic dicta, et manubrio. Crassius hastae extremum adnectitur manubrio, et ad medium fere corporis recte procedit, latitudo eius est 1 lin., crassities autem ½ lin., inde alterum extremum crassitie atque latitudine sensim minuitur; anteriora versus incurvatur, et mox recurvatur, ita ut referat in cuspidem desinens. — Alterum hastae extremum apex dicitur, constat autem ex apice proprie ita dicto et caule.

Caulis iste tenuis est applanatus, rectus, et a angulo in quem corpus desinit, ad basin fere apicis 2 lin. longus. Apex anceps figuram habet triangularem, altitudo eius est 3 lin., latitudo 2 lin. — Secundum instrumentum est scalpellus, priori longitudine aequalis, itidem constans partibus duabus, manubrio et lamina. Lamina, quoad crassitiem et latitudinem, etiam praecedens instrumentum refert, duplici praeterea curvatura donata est, quarum prima antrorsum spectat, altera introrsum; cuspis valde tenuis est.“ [2]) „Manu sinistra (si dextro oculo cataractam extrahere animus est) prehendit instrumentum hastatum, illudque a parte exteriori atque inferiori in corneam propellit, et, cuspide tota in cameram oculi anteriorem introducta, caulem premit ad angulum externum vulneris; deinde scalpellum per hanc aperturam, ad ductum instrumenti hastati, a parte eius anteriori inmittit, et dimidium corneae inferius semilunari ductu resecat. Incisione peracta, prius instrumentum ex oculo movetur, et cultelli ope capsula lentis transversim aperitur.“ [3])

[1]) cf. Sandifort Geneeskundige Bibl. Vol. IV. P. 4. pag. 811. sq. cf. Ens pag. 72.

[2]) cf. Ens pag. 73. Dissertationem ipsam adipisci non potui, quam ob rem etiam instrumenta non delineavi.

[3]) cf. Ens pag. 74.

§. 24.

Fratrum *Granjean* (oculistes du Roi) methodum anno 1766 primus exposuit Richter [1]), descripsit etiam Le Blanc, 2) et Pellier [3]) hisce verbis: „Leur méthode est la correction de celle de Daviel. Elle consiste dans une espéce de lance piquante et tranchante des deux côtés. (Vid. Tab. I. fig. 15. [4])) La verge d'acier, au bout de laquelle est cette lance, est flexible afin qu' on puisse l' ajuster à la forme de l' oeil, c' est à dire, que si l' oeil est bien convexe, on plie la verge de cet instrument de façon que, quand l' opérateur a pris son point d' appui sur la joue du malade, sa pointe répond exactement au bas de la cornée transparente, et sa partie concave regarde l' horizon. Cette lame ou lance ressemble assez à un *as de pic*. Elle est solidement fixée après un manche de trois pouces et demi environ. Dans le cas où la section de la cornée n' offrira pas un assez grand passage à la cataracte, MM. Granjean l' aggrandissent à la faveur d' un petit couteau courbe, et à pointe mousse; au lieu de se servir des ciseaux courbes de Mr. Daviel. Avec cet instrument ils pénétrent dans la cornée transparente de bas en haut à la distance d' une demie ligne de la conjonctive. Entrés dans la

chambre antérieure de l' oeil, ils montent son instrument, le plus haut qu' ils le peuvent, ensuite ils aggrandissent l' incision tant d'un côté que de l' autre, en observant de couper cette membrane de moitiers ou des deux tiers de son disque et en forme de croissant."

[1]) Programma Varias Cataractam extrahendi methodos succincte exponens. Gott. 1766. §. 10. pag. 12. sqq.

[2]) Précis d' opérations de Chirurgie. Paris 1775. Tome I. pag. 525. sqq.

[3]) l. c. pag. 357.

[4]) Pellier Pl. XIII. fig. 1. Le Blanc Pl. IV. fig. 12. 13. Ens Tab. III. fig. 17. 18.

§. 24.

Olof *Acrel* [1]) „pro cataracta extrahenda, modo capsula ipsa non opaca evaserit et lens crystallina iustam duritiem habeat, unico scalpello acquiescit, quo et corneam et ipsam capsulam aperit et cuius cuspide ipsam lentem eximit." Sed huius scalpelli non inveni delineationem.

[1]) Tal om Nödwändigheten och förmånen af de chirurgiska Handalagens förkortande i utöfningen, hållet för Kongl. Vetenskaps Academien, vid Präsidii nedläggande, den 15. Julii 1767 af Olof Acrel. Stockholm 1767. 8 maj. p. 20. cf. Comment. de reb. in Scientia nat. et Med. gest. Vol. XV. pag. 424. cf. et Natuur - en

Geneeskundige Bibliotheek. Bevattende den zaakelyken inhoud van alle Nieuwe Werken, welke, in de Geneeskunde en Natuurlyke Historia, buiten ons Vaterland nitkomen. Door Eduard Sandifort M. Dr. Vyfde Deel. Ins Gravenhage, 1769. pag. 131. sqq.

§. 26.

Guérin, Nosocomii Lugdunensis „Hotel Dieu" hirurgus, anno 1769 instrumentum suum de-cripsit [1]) atque delineavit [2]) quod vid. Tab. ostr. II. fig. 7. [3]) Cuspis *c.* uni corneae la-eri, et lanceolae cuspis alteri imponitur „as-ez près du cercle ciliaire, un peu au dessus l'une ligne qui traverserait l'oeil dans son mi-ieu [4])"; dum comprimitur instrumentum in *E.* inculo s. d. „Charnier" iunctum, resecatur cor-ea. [5]) Quo de instrumento sic Pellier [6]) ,Je crois cet instrument, inquit, le moins pro-re à cette opération de tous ceux qui sont écrits dans la présente démonstration, c' est our cette raison que je me garderai bien, e le conseiller à aucune personne de l'art."

[1]) Traité sur les maladies des yeux par Mr. Guérin à Lyon. 1769. 8. pag. 380. sq. cf. Ens pag. 96. cf. et Pellier pag. 397.

[2]) l. c. fig. 1. et 2.

[3]) Pellier Pl. XVIII. fig. 1. Wenzel manuel de l'oculiste Pl. XVII. fig. XLIII. Ens Tab. II. fig. 25. 26.

[4]) Pellier l. c.
[5]) Ampliorem demonstrationem vid. Ens pag. 96. sqq
[6]) l. c.

§. 27.

Liceat mihi hoc loco alia huius generi instrumenta sic dicta „Augenschnepper", (Gall.[1] Ophthalmostates) dehinc usque fere ad nostrum tempus inventa demonstrare.

[1]) Secundum Wenzel, Manuel de l' oculiste.

§. 28.

Idem *Guérin* anno 1785 Academiae Regiae Parisinae aliud instrumentum exhibuit [1]), cuius anno 1790 Brunner [2]) primus mentionem feci adumbratione illustratam [3]) (vid. Tab. II. fig 8. 8 *b*.), quod sic describit Sabatier [4]): „Es ist ein Kasten, 2 Zoll 2 Linien lang, 5 Linien hoch. Die eine seiner breiten Platten springt an ihrem vordern Ende bis 10 Linien vor, und hat eine ungleiche Breite zwischen 7 und 12 Linien. Vorn an dieser Platte ist ein Ring (*f*) unter einem rechten Winkel befestigt, dessen äusserer Durchmesser 7, und der innere 5 Linien hält. Die Eine Seite dieses Rings, welche auf die Hornhaut gesetzt werden soll, ist concav, und hat gegen die Mitte

ihrer Höhe einen 2 Linien langen Vorsprung, nach dem innern Augenwinkel zu. Auf der entgegengesetzten breitern Platte (l. fig. 8 *b.*) ist ein Drücker (*m*) um den Stiel der Klinge zurückzuhalten. Dieser Stiel (*b* fig. 8.) geht in den Körper des Kastens, wo er der Wirkung zweier Federn ausgesetzt ist, wovon die Eine (*e*) ihn zurückhält, und die andere (*c. d.*) ihn noch stärker vorwärts schnellt. (Der Stiel ist nemlich (bei *b*) in einem Nieth beweglich, wo er an den hintern Theil anstösst, der mit der Stellschraube (*g*) fester (an *b*) angedrückt oder etwas zurückgedreht werden kann.) Die Klinge (*a*) ist unter einem rechten Winkel an diesem Stiele befestigt, und geht bis hinter den Ring. Nur die Spitze der lanzettenförmigen Klinge ist zweischneidig, der Rücken aber stumpf und grade, die Schneide nach der Ründung der Hornhaut gewölbt, und die hintere Fläche, welche am Ringe anliegt, etwas erhaben. Ist das Instrument in Ruhe, so ist seine Spitze hinter dem oben erwähnten Vorsprunge verborgen. Ist es aufgezogen, so liegt die Klinge auf der andern Seite des Ringes an dem breitern Theile der untern Platte an. Man setzt beim Gebrauch den Ring auf die Hornhaut, so dass diese aus ihm hervorsteht, drückt mit der Spitze des Zeigefingers den Drücker auf der obern Platte nie-

der, setzt dadurch die Feder in Freihei und die Klinge schnellt vorwärts und macl den Schnitt in die Hornhaut vom äussern zu innern Augenwinkel.“ — [5])

[1]) Vid. Lassus de la Médecine opératoire, ou trai élémentaire des opérations de la chirurgie. Pa ris. an 3. Tome II. pag. 301. cf. Ens pag 204.

[2]) In Richters chir. Bibl. Bnd. VIII. St. 4. pag 688.

[3]) Tab. adn. l. c. vid. et Bell Lehrbegriff der Wund arzneikunst. Aus dem Englischen mit Zusätzen Anmerkungen. Leipzig 1787. Th. V. Tab. X. 1. 2. 3. Wenzel manuel de l'oculiste. P XVI. fig. XLVI. Ens Tab. IV. fig. 14. 15. 1 17. quae conveniunt cum fig. 3. 5. 2. et 4. Tal II. Lassus Tom. II. l. c.

[4]) l. c. Lehrbuch für prakt. Wundärzte. et fere ei dem verbis Bell. l. c.

[5]) cf. Wenzel manuel, pag. 508. sqq.

§. 29.

Eckhold hocce instrumentum emendavit. Vid Tab. II. fig. 9. [1])

[1]) Bell l. c. Tom. V. Tab. X. f. 4. Ens Tab V. fig. 2. Descriptionem vid. Bell. l. c.

§. 30.

Dumont fere eodem tempore aliud simile

instrumentum invenit, quod sic describit Sabatier [1]): „Ein länglicher Kasten, 4 Zoll 2 Linien lang, 6 Linien breit, 3 Linien hoch, worin der Schaft mit seinem Ringe (der die Hornhaut aufnehmen soll) und der Stiel, woran die Klinge festsitzt, wie auch die Feder, welche ihn forttreibt, eingeschlossen sind. Die vordere Platte des Kastens kann aus- und eingeschoben werden, und ist mit einem Drükker versehen. Dieser Drücker hat eine Feder, fasst in eine Oeffnung am Stiel der Klinge und hält sie so lange zurück, bis man ihn niederdrückt. Die Feder ist spiralförmig gewunden und liegt in einem Kasten wie eine Uhrfeder. Der Ring und die schneidende Klinge sind mit dem Körper des Instruments in Einer Linie, und ragen am vordern Ende, welches dem Kasten der Feder entgegengesetzt ist, 2 Zoll lang hervor. Die eine Seite des Ringes, welche auf die Hornhaut kommen muss, ist ebenfalls concav, und die entgegengesetzte im Umfange zum Theil eingeschnitten, um die Spitze der Klinge aufzunehmen. — Da die Dimensionen der Hornhaut nicht gleich sind, so muss man Ringe und Klingen von verschiedener Breite haben, und es ist leicht sie zu wechseln. — Die Anwendung und Wirkung ist wie bei den vorigen.“ — Partium huius instrumenti delineationem vid. tab. nostr. II. fig.

10. 10. *b.* et 10. *c.* [2]) quae sic describit Démours [3]): „La lame (fig. 10. *b.* [4])) se viss à la tige (fig. 10. [5])); cette tige ainsi armée est introduite dans une boîte, dont ell est chassée par la vive action d'un ressort mi en jeu par une détente: dans son rapide passage elle glisse sur l'anneau (fig. 10. *c.* [6]))."

[1]) l. c.

[2]) vid. Démours traité des maladies des yeux. Paris 1818. Tome IV. pl. 14. fig. 11. 12. 13.

[3]) l. c. Tome I. page 326.

[4]) Démours pl. 14. fig. 12.

[5]) Démours fig. 11.

[6]) Démours fig. 13. Totum instrumentum vid. ibid Tome IV. pl. 64. fig. 2. auctum triplici magnitudine, qua Démours eo utitur ad operandum staphyloma corneae.

§. 51.

Becquet „omnes huius instrumenti partes nimis mobiles esse autumans, huic vitio occurrere tentavit, atque effecit, ut simul inserviret palpebrae superioris elevationi, annulo scilicet partem quandam semilunarem superapposuit ad palpebram sustentandam. [1]) Cuius mutationis *Lassus* primus descriptionem delineationibus illustratam dedit [2]). Vid. tab. nostr. II. fig. 11. [3]) litt. *a a a a.* indicant capsulam, in qua ab extremo *t* ad punctum *p* elater contine-

tur inde ad *s.* cauda complectitur, cui lanceola *d* adnexa est, quaeque extra capsulam conspicua cernitur usque ad punctum *c.* Lamina *b* cum capsula cohaeret, et habet annulum *g*, cui super imposita est pars semilunaris sive alter fere annulus *i*; terminatur autem ista in extremum obtusum *b*, quo impeditur, ne angulus oculi internus laedatur; *e e* inservit ad caudam lanceolae retinendam atque solvendam." [4])

[1]) Pars haecce semilunaris in nostra instrumenti Dumontiani delineatione etiam adest, quam cl. Démours illi addidisse videtur.

[2]) l. c. Tom. II. pag. 304. sqq. Tab. III. fig. 1.

[3]) cf. Ens l. c. Tab. III. fig. 1.

[4]) cf. Ens pag. 217.

§. 32.

Guérin, „maître en chirurgie à Bordeaux", aliud tale invenit instrumentum valde compositum, quamobrem equidem neque describere neque delineare volui. [1])

[1]) Eius formam noscere cupidus evolvat librum saepissime citatum cl. Pellier. pag. 407. Pl. XXII.

§. 33.

Alius adhuc generis instrumenti hisce ver-

bis mentionem facit de Wenzel [1]): „Il vient d'être présenté, il y a quelques années, au Lycée un nouvel ophthalmostat, construé par M. Allard, horloger, auquel l'auteur a donné le nom de Kératome, et d'autres celui de Cyclotome. Cet instrument est encore un ophthalmostat dont la partie destinée à inciser la cornée, est mise en action par un fort ressort de montre. - - - La lame est adaptée à une roue de cuivre dentelée et tournante, tenue en arrêt par une bascule" etc. Sed nimis longa eius foret descriptio, nimiumque requireret spatium delineatio. [2])

[1]) l. c. Manuel de l'oculiste. pag. 512.

[2]) cf. ergo de Wenzel l. c. Pl. XXIV. fig. XLVIII. et descriptionem vid. ibid. pag. 512. sq.

Huc etiam pertinent instrumenta inventa a van Wy et ab Assalini:

§. 54.

Van Wy anno 1792 [1]) instrumentum descripsit et delineavit a phlebotomo elastico s. d. „Aderlass-Schnepper" nulla parte diversum, nisi cultello maiore, cuius cupis anceps est, dorsum convexum, obtusum et a cuspide usque ad alterum extremum sensim sensimque cras-

sius; utrumque latus aliquo modo convexum est, ut in sectione corneae humoris aequi effluvium quantumpote impediatur. Vid. tab. nostr. II. fig. 12. [2])

[1]) Nieuwe manier van Cataract of Staarsnyding, beneffens Heel - en Vroedkundige Waarneemingen. Arnhem. 1792. 8. pag. 38. Tab. adn. fig. 1.

